Th. c xxiij
R. xxiij
Lv. cxlvj

domum illius diripiat; Qui non est mecum contra me est, & qui non con
gregat mecum spargit; Ideo dico uobis, Omne peccatum & blasphe
mia remittetur hominibus spūs autem blasphemia non remittetur,
& quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei,
qui autem dixerit contra spūm sanctum non remittetur ei neq; in hoc seculo
neq; in futuro, Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum,
aut facite arborem malam & fructum eius malum; siquidem ex fructu
arbor agnoscitur; Progenies uiperarum quomodo potestis bona
loqui cum sitis mali ex abundantia enim cordis os loquitur,

Th. c xxv
Lv. lvij

Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de
malo thesauro profert mala, Dico autem uobis, quōniam omne uerbū
otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in
die iudicii; ex uerbis enim tuis iustificaberis & ex uerbis tuis condi-
condēnaberis; tionaberis

Th. cxxvij
Lv. cxxviij

Tunc responderunt quidam de scribis & pharisei
dicentes, Magister uolumus a te signum uidere; Qui respondens
ait illis; Generatio mala & adultera signum quaerit & signum
non dabitur ei nisi signum ionae prophetae, Sicut enim fuit ionas
in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus sic erit filius homi
nis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus, Uiri nineuitae
surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam
quia poenitentiam acti sunt in praedicatione ionae, & ecce
plus quam ionas hic, Regina austri surget in iudicio cum genera
tione ista & condemnabit eam quia uenit a finibus terrae audire
sapientiam salomonis & ecce plus quam salomon hic,

Th. cxxviij
Lv. cxxix

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine
arida quaerit per loca inquietus & non inuenit, tunc dicit
in domum meam unde exiui & ueniens inuenit eam
mundatam & ornatam; Tunc uadit & assumit septem alios
spūs nequiores se & intrantes habitant ibi & fiunt nouissima
hominis illius peiora priore hoc erit & huic generationi pessimae